Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

IEREMIA

erit domus hec: quia hec dicit dns
super domum regis iuda. Galaaditis
tu mihi caput libani: si non posuero
te solitudinem: urbes inhabitabiles.
et sanctificabo super te interficientem uni
cuique arma eius: et succident electa
cedrorum tuam. et proiicient in ignem.
Et transibunt gentes multe super
ciuitatem hanc: et dicet unusquisque ad
proximum suum. Nunquid sic fecit dominus huic
ciuitati huic magnae? Respondebitur.
Eo quod dereliquerint pactum domini dei
sui: et adorauerunt deos alienos et seruierunt eis. Nolite flere mortuum.
neque lugeatis eum. Ploratu ploran
gite eum qui egreditur: quia non
reuertetur ultra: nec videbit terram na
tiuitatis suae. Quia hec dicit dns
ad sellum filium iosie regem iuda.
qui regnauit pro iosia patre suo qui
egressus est de loco isto. Non reuertetur
huc amplius. sed in loco ad quem tra
nsferunt eum ibi morietur: et terram istam
non videbit amplius. Ve qui e
dificat domum suam in iniuritia:
et cenacula sua non in iuritio. Ar
bitratus fuerit omnem fructum: et
mercedem eius non reddet ei. Qui
dicit edificabo mihi domum latam.
et cenacula spatiosa: qui aperit sibi
fenestras et facit laquearia cedrina:
pingitque sinopide. Numquid regnabis
quoniam conferis te cedro? Pater tuus
nunquid non comedit et bibit et fecit
iudicium et iustitiam: tunc enim bo
num erat ei. Iudicauit causam pauperis
egeni in bono suo. Numquid non
hoc est quia cognouit me dicit dns.
Tui autem oculi et cor ad auaritiam.
et ad sanguinem innocentem fundendum
et ad calumpniam et ad eiusdem ma
li operis. Propterea hec dicit dominus
ad ioachim filium iosie regis iu
da. Non plangent eum. uae frater
et uae soror: non parcebunt ei. uae
domine et uae mihi. Sepultura asini
sepelietur putrefactus et proiectus ante
portas iherusalem. Ascende libanum et
clama. et in basan da uocem tuam. et
clama et hic ad auxiliatores. quia contri
ti sunt omnes amatores tui. locutus
sum ad te in abundantia tua dixisti.
non audiam. Hec est uia tua ab a
dolescentia tua: quia non audisti
uocem meam. Omnes pastores tu
os pascent uentis: et amatores tui
in captiuitatem ibunt: et tunc con
fundaris et erubescas ab omni ma
licia tua que fecisti in libano. et
habitasti in nidis cedrinis. Quomodo ingemu
isti cum uenissent tibi dolores
qui dolores parturientis. Iuro ego
dicit dominus: quia si fuerit iechonias filius ioachim regis iuda
anulus in dextera mea: inde euellam
eum. et dabo te in manu querentium
animam tuam. et in manu quorum
tu formidas faciem: et in manu
nabuchodonosor regis babylonis: et in
manu chaldeorum. Et mittam te et
matrem tuam. que genuit te in terra
alienam. in qua nati non estis: et
ibi mortemini. et in terram ad quam
ipsi leuant animam suam. ut reuertantur illuc. non reuertetur. Numquid
uas fictile atque contritum. uir iste
iechonias? Numquid uas absque oi
nolupitate? Quare abiecti sunt ipse
et semen eius. et proiecti sunt in terra
quam ignorauerunt? terra. terra. audi
te uerbum domini. Hec dicit dominus
Scribe uirum istum sterilem: uirum
qui in diebus suis non properabit.
nec enim erit de semine eius qui